



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

II. De reuocatione monachorum fugitiuorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

gis retro temporibus non curauerint celebrare, ANNO
CHRISTO
1274.
propter quod circa regulares obseruantias idem
ordo non mediocriter est collapsus, nos eisdem
abbatibus nostræ prouinciæ firmiter & districte
præcipiendo mandamus, vt prouinciale capitu-
lum suum infra festum resurrectionis venturum
proximo celebrent, iuxta formam a sacris Cano-
nibus eis datam. In quo de moribus corrigendis,
tam in seipsis quam in suis subditis, tractent & or-
dinent diligenter: alioquin nos in proximo pro-
uinciali Concilio ad reformationem prædicti or-
dinis, quantum de iure possumus, procedemus.

II.

Exnunc tamen eisdem abbatibus præcipimus
& mandamus, vt monachos fugitiuos in sæculo di-
uagantes reuocari procurent. Et quod in singulis
monasteriis carcer fiat, in quo incorrigibiles seu a-
lias delinquentes enormiter monachi, prout culpæ
qualitas exigit, recludentur. Sed nec licitum sit ab-
batibus, cum nec vnquam licuerit, monachos ad
ordinem strictiorem transeuntes minime absolue-
re ab obedientia, quæ monachorum ossibus inse-
parabiliter est affixa.

Monachos
fugitiuos
reuocent.

Carceres
construant.

Monachos
ad strictio-
rem ordinem
transeuntes
ab obedien-
tia non ab-
soluant.

III.

Illam & prauam abbatum consuetudinem re-
probamus, qua abbates pro excessibus leuibus, &
nonnunquam simulatis offensis passim, & indiffe-
renter de monasteriis ad monasteria monachos
suos mittunt, cum delictum potius illic puniri &
mori debeat vbi committitur & patrat, cum
nec tales missi ad alia monasteria peccata sua lu-

Pro leui-
bus offensis
ad alia mo-
nasteria ab-
bates non
mittant.